

men, participium ac verbum. Pronomen et participium nominum leges sequentur. (1)

## I

## DE NOMINE CUM VERBO

\* 1. Nomen et pronomen cohærent cum verbo in numero et persona: *Si vales benē est, ego valeo.* (Cic). *Tullia nostra venit ad me prid. id. jun.* (Cic.)

\* 2. Quod si plures sint voces, etiam numeri singulare, verbo plurali convenient, quod quidem nobiliorem personam sequitur: prima anteponitur secundæ, secunda tertiae *Si tu et Tullia lux nostra valētis, ego et suavissimus Cicero valēmus.* (Cic).

\* 3. Voces compulatae, præsertim si res inanimatas referant, verbum singulare sæpe desiderant: *Et ego et Cicerro meus flagitavi.* (Cic).—*Mens et ratio et consilium in senibus est.* (Cic).

## Appendix.

1. Cum verbi subjectum est nomen aliquod collectivum vel distributivum, ut pars, numerus, uterque, etc., auctores verbo plurali utuntur: «*Missi honestissimus quisque ex patribus.* (LIV).: *Pars navium haustæ sunt, plures rejectæ.* (TAC).

\* 2. Poëtæ, oratores et histrioci, intercedente præpositione *cum* verbum plurale usurpat, ac præstantiori personæ modo reddunt, modo nulla habita ratione ablativi, verbum nominativo reddunt: «*Ipse dux cum aliquot principibus capiuntur.*» (LIV).—«*Divellimur inde Iphitus et Pelias mecum* (VIRG). *Domitius cum Messala certus esse videbatur.*» (CIC).

\* 3. Prima et secunda persona tunc solum eleganter explicantur, cum vel oppositio significatur, vel vis major orationi addenda est: «*Ego libertatem pepéri; vos partam servare non vultis.*» (CIC). «*Nos, nos, dico aperte, consules desümus.*» (CIC).

## II

## DE ADJECTIVO CUM SUBSTANTIVO.

\* 1. Nomina adjetiva, pronomina et participia cohærent cum suis substantivis genere, numero et casu: «*Erat hiems summa, tempestas prefrigida, imber maximus.*» (CIC.)

(1) Las reglas que van marcadas con un asterisco son comunes á la Sintaxis griega y latina. G significa que el ablativo latino se cambia en genitivo griego, y D en dativo.

## LIBRO SEGUNDO.

## DE LA SINTAXIS.

SNTAXIS es una palabra derivada del griego συντάξις, que significa construir, ordenar, componer, y puede definirse; «La parte de la Gramática que trata del enlace de unas partes de la oración con otras para construir las cláusulas, según lo exige el genio de la lengua.»

Este enlace de las partes de la oración puede ser, ó una simple igualdad ó conveniencia de sus accidentes, y es lo que constituye la *concordancia*; ó una verdadera dependencia de unas respecto de otras, y es á lo que se da el nombre de *régimen*. Las reglas de la concordancia y del régimen nos enseñan á formar las proposiciones simples independientes unas de otras; mas el enlace de estas entre sí y con sus respectivos complementos para formar cláusulas es la parte á que nosotros daremos especialmente el nombre de *Construcción*.

La Sintaxis, pues, comprende tres partes: *concordancia, régimen y construcción*; las dos primeras las expondremos en latín, siguiendo en esto el sistema antiguo, que ofrece la ventaja de ir acostumbrando á los niños á expresarse en la lengua misma que aprenden; para la tercera preferimos la lengua patria, por tener que tratar en ella de la correspondencia de los giros latinos con los castellanos.

## PARS PRIMA.

## DE CONVENTIA PARTIUM ORATIONIS.

Illæ solum inter se convenire possunt partes orationis quibus accidentia sunt communia, scilicet nomen, prono-

\* 2. Substantiva conjuncta adjectivo plurali consentiunt, præstantiusque genus sibi vindicant; virile præstantius est muliebri et neutro, neutrum muliebri præfertur, præcipue cum de rebus inanimatis sermo est: «*Ex quo leges moresque constituti sunt*» (CIC.) «*Divitiae, decus, gloria in oculis sita sunt.*» (SALL.)

\* 3. Si plura sint substantiva rerum inanimatarum, ut licet adjectivo neutro in plurali numero, vel composito cum viciniori substantivo, genere, numero et casu: «*Ira et avaritia imperio potentiora erant.*» (LIV.) «*Sit provinciae cognitum salutem, liberos, famam, fortunas esse charissimas.*» (CIC.)

### Appendix.

\* 1. Cum adjективum refertur ad substantivum commune quod personam significet, cum genere personarum consentit: *Capita conjunctionis virginis cœsi sunt.* (LIV.)

\* 2. Si duo sint nomina substantiva diversi generis, quæ tamen ad eamdem rem pertinent, participium cum eo convenit, quod est basis et fundamentum, orationis: *Puteoli colonia Diœcarchia dicti.* (PLIN.)

\* 3. Poëtæ substantivis copulatis præpositione *cum*, adjективum plurale præstantioris generis adjungere solent: *Illia cum Lausso de Numitore sati.* (OVID.)

### III

#### DE RELATIVO CUM ANTECEDENTE.

\* 1. Praeter pronomen, *qui, quæ, quod* habentur ut relativa pronomina demonstrativa *hic, iste, etc., tantus, etiam et talis, quantus et qualis*, quibus omnibus lex communis est, ut, si antecedenti præponantur, cum eo casu, genere et numero concordent: *Dixi de te tanta contentione, quantum forum est.* (CIC.)

\* 2. Si antecedenti postponantur, cum eo convenient et genere et numero: quoad casum reguntur ut substantiva: *Nemo nos amat qui te non diligit.* (CIC.)

\* 3. Si relativum pluribus substantivis referatur, easdem omnino leges atque adjективum sequitur: *Tibi venire in mentem certo scio, quæ vita esset nostra, quæ suavitas, quæ dignitas; ad quæ recuperanda per fortunās incumbet.* (CIC.)

### Appendix.

\* 1. Cum relativum inter duo substantiva sit quæ unum idemque significant, alterūtri redi potest: *Peroratio qui epilogus dicitur.* (CIC.) *Pompejus, quod imperii nostri lumen fuit, extinctus est.* (CIC.)

\* 2. Quodlibet relativum inter duos casus ejusdem nominis, cui refertur positum considerari potest: ex his duobus casibus antecedens ab auctoribus pervenuste subauditur in hunc modum: (*Puéri*), *Quos cum Mario pueros miseram, epistolam mihi attulerunt.* (CIC.)

\* 3. Si orationis membrum loco antecedentis ponatur, relativum genus neutrum postulat: *Unum objicitur, natum esse Gadibus, quod negat nemo.* (CIC.)

### IV

#### DE APPOSITIONE SUBSTANTIVORUM.

\* 1. Apposita dicuntur substantiva in oratione continuata, nulla conjunctione interjecta et ad eamdem rem pertinentia: haec eodem casu gaudent, quamvis genere et numero discrepant: *Tulliola, deliciolæ nostræ, tuum minusculum flagitat.* (CIC.)

2. In his phrasibus, *est mihi nomen*, et similibus, substantivum dativo vel nominativo apponitur: *Stirps virilis cui Ascanium parentes dixerunt nomen.* (LIV.)—*Collega ejus, cui cognomentum Clodianum fuit, legem promulgavit.* (SALL.)

3. Hanc tamen legem non servant *nomen, vox, causa* et pauca hujusmodi cum intercedit particula hispanica *de*; tunc enim subséquens nomen genitivo exprimitur: *Ex amore nomen amicitiae ductum est.* (CIC.)

\* 4. Huc referunt Grammatici interrogationem et responsonem, quæ eidem casui adhærent aperte vel occulte: *Quem existimas fuisse principem oratorum?* — *Demosthenem.*

5. Si apposita sint substantiva, ei cæteræ orationis partes redduntur, quod sit proprium hominis; sin vero de aliis rebus agatur, cum magis communi consentiunt: *Deliciæ tuæ, noster Aesopus, ejusmodi fuit, ut....* (CIC.)—*Corioli oppidum captum.* (I.IV.)